CATALOGUE OF BOOKS

BELONGING TO

THE CATHEDRAL CHURCH OF GLASGOW,

Taken in the year 1432.

[FROM THE CHARTULARY OF GLASGOW.]

Communicated by Mr Dillon.

In Dei nomine, Amen.

INVENTARIUM omnium ornamentorum, reliquiarum, et jocalium Ecclesiæ Glasguensis, factum apud Glasgu, de mandato Domini Episcopi et Capituli dictæ Ecclesiæ, per venerabiles viros, MAGISTROS DAVID de CADYHOU, Cantorem, ROBERTUM de MOFFATH, Thesaurarium, WILLIELMUM de GUVAN, et THOMAM WAN, Canonicos dictæ Ecclesiæ Glasguensis, die vicesima quarta Marcij, Anno, &c. tricesimo secundo. (24 March 1432.)

(Follows List of Plate, Ornaments, Vestments, Reliques, &c. belonging to the Church. Afterwards this Catalogue of Books.)

Isti sunt libri spectantes ad Chorum.

1. Imprimis, Missale pulchrum, pro magno altari notatum, co-opertum coreo albo.

2. Aliud Missale minoris voluminis, notatum, co-opertum coreo rubeo.
3. Item, Missale pro altari Sancte Katerine, non notatum, nec illuminatum, co-opertum albo coreo.
4. Item, Missale Sancti Martini notatum, co-opertum albo coreo, magni voluminis.
5. Item, Magnum Missale pro altari Sancti Johannis Baptiste, non notatum, co-opertum coreo albo, dimissum per bone memorie Johannem Stewart, quondam Subdecanum Glasguensem.
6. Item, Missale parvi voluminis, pro altari Beate Virginis, dimissum per Gilbertum Mus. (Musfald ?) quondam officialem Glasguensem.
7. Item, Missale magnum, non notatum, dimissum altari Sancti Andree per Nicholaum Grinlaw, decanum.
8. Item, unum Missale parvi voluminis notatum, dimissum altari Sancti Nicholai per Dominum Hugonem Ra, quondam Subdecanum Glasguensem.
9. Item, Missale notatum, co-opertum coreo albo, bene magnum, pro altari Apostolorum Petri et Pauli.
10. Item, Missale in duobus voluminibus, quo usus est Dominus Thomas Marschall tempore suo, ad altare Sancti Stephani.
11. Item, Epistolare cum Evangeliis, pro Magno altari, co-opertum coreo albo, in volumine magno.

    Et sic sunt decem missalia in Ecclesia, tempore confectionis presentis Inventarij.

12. Item, Catholicon valde preciosum et solenne, co-opertum coreo albo, cathenatum juxta magnum altare.

13. 14. Item, Biblia pulchra in antiquo testamento, in duobus magnis voluminibus, co-operta coreo albo.

T T

15. Item, Una Legenda sanctorum pulchra et solennis, co-operta coreo albo.
16. Item, Legenda Minor sine co-opertorio.
17. Item, Unum Breviarium notatum, solenne, dimissum Stallo de Erskyn, per Dominum Johannem Carryk.
18. 19. Item, Aliud Portiforium magnum, co-opertum coreo albo. Tertium Portiforium, notatum, minoris voluminis, co-opertum coreo albo.
20. Item, Quartum Portiforium ejusdem voluminis, notatum, co-opertum coreo albo, dimissum per Thomam de Barry ad Stallum de Alncrum, cui ipse quondam prefuit.
21. Item, Unum Breviarium extra Chorum pro supervenientibus.—Et ita quinque sunt in Ecclesia tempore confectionis istius Inventarij.
22. Item, Unum Breviarium in manibus Magistri Willelmi Goven.
23. Item, Unum Breviarium datum per Magistrum David Cadyhou extra Ecclesiam, bene notatum.—Ita sunt vii. Breviaria in universo spectantia Ecclesie, tempore confectionis istius Inventarij.
24. Item, Unum Psalterium per se, co-opertum coreo albo, datum per Cardinalem ad Stallum de Renfrew, et ibidem cathenatum.
25. Item, Psalterium per se cathenatum ad Stallum Decani.
26. Item, Psalterium per se, cathenatum ad Stallum de Glasgu primo.
27. Item, Unum Psalterium datum per Johannem Senescalli, quondam Subdecanum Glasguensem, cathenatum in medio Chori, coreo albo co-opertum.—Ita sunt in Ecclesia per se quinque Psalteria.

28. Item, Unum Antiphonarium magni voluminis, ad Stallum Decani, coreo albo co-opertum.
29. Item, Aliud Antiphonarium, co-opertum coreo albo.
30. Item, Tertium Antiphonarium magni voluminis, co-opertum coreo albo, cum Psalterio.
31. Item, Quartum Antiphonarium sine Psalterio, co-opertum coreo albo.
32. Item, Antiphonarium cum Psalterio, co-opertum coreo albo.
33. Item, Antiphonarium magni voluminis, sine Psalterio, co-opertum coreo albo.
34. Item, Antiphonarium pro Rectoribus Chori, cum Psalterio, co-opertum coreo albo.

Ita sunt vii. Antiphonaria, et omnia in Ecclesia tempore confectionis.

35. 36. 37. 38. 39. 40. Item, iii. Gradalia magni voluminis nova, co-operta coreo albo; cum tribus minoribus Gradalibus. Ita vi. sunt in Ecclesia, et iiii^{or} abstracta ab Ecclesia, nescitur per quos.
41. 42. 43. 44. 45. Item, iiii^{or} processionaria in Ecclesia, et i. in manibus Domini Ricardi Ay (Hay ?) ad ligandum.
46. Item, Unum Collectarium, co-opertum coreo albo.
47. Item, Legenda aurea cathenata ad stallum Sub-decani, co-operta coreo albo.
48. Item, Unum Ordinarium cathenatum ad stallum precentoris, co-opertum coreo albo.
49. Item, Vita Sancti Kentigerni et Sancti Servani, in parvo volumine, cathenata ad Stallum Precentoris.
50. Item, Epistole Sancti Pauli in magno volumine cathenate, ad Stallum de Stobo.
51. Item, Unus liber Pontificalis in duobus voluminibus.

52\. 53. Item, Alter liber Pontificalis in duobus voluminibus, solennis.

Libri extra Librarium in Scrineis.

54\. Imprimis, ff. Vetus (Pandectum Vetus) in una sista.

55\. 56. Item, Institutiones, cum decem Collationibus juris, in eadem sista Juris Civilis, in uno volumine, et ff. novum, (Pandectum novum) in eadem sista.

57\. Item, Historia Actorum Apostolorum, in pulchro volumine, in eadem sista.

58\. Item, Unus liber ymnorum, collectorum, et capitulorum, in pulchra litera.

59\. 60. Item, Tractatus Sancti Augustini in una sista, duobus Sermonibus super Psalmos.

61\. 62. Item, Liber Decretalium pulchri voluminis, in alia sista, cum libro Decretorum in eadem.

63\. Item, Liber de *Quodlibeto* Magistri Jo. Poysley.

64\. Item, Liber Bede Presbyteri super xl^a^. homelias Evangeliorum, in papiro.

65\. Item, Liber Theologie, cum armis cardinalis Scotie in parva litera, in quo scribitur supra in presentis (principio ?) primi folii, *Prima dictio.*

66\. Item, Liber parvi voluminis, de Sermonibus Beati Bernardi.

67\. Item, Liber in magno volumine de Sermonibus.

68\. Leonis Pape, cum alio minoris voluminis de Sermonibus ejusdem Leonis Pape.

69\. Item, in tercia sista, in Nave Ecclesie, quidam liber Augustini magni voluminis, qui habet in textu primi folii, *Permissam quidem.*

70\. Item, Alius liber, in quo habetur Simbolum fidei, compositum a beato Jeronomo, qui incipit, *Credimus in Deum patrem.*

71\. Item, Valerius Maximus.

72\. Item, Liber Petri Damiani, qui appellatur Grecismus, habens in primo textu, *Domino Venerabili.*

73\. Item, Unum volumen continens Statuta Concilij Turonensis.

74\. Item, Liber Exposicionis Psalterii.

75\. Item, Alius liber, sine asseribus in pergamino, in magno volumine, qui incipit, *Reverencia preclare virtutum.*

76\. Item, Parvus liber, qui dicitur Metamorphoseos.

77\. Item, Rethorica Aristotelis translata in Latinum, qui incipit *Omnis ars.*

78\. Item, Liber qui dicitur Novus Decanus de Conditionibus Armanorum, (forte Armariorum), in magno volumine, in pergameno, cujus primum folium habet in textu, *Reverendis in Christo patribus.*

79\. Item, Summa Fratris Ricardi, ordinis Fratrum Minorum, super libros Ethicorum, cujus primum folium habet, in textu, *Quid est virtus.*

80\. Item, Frater Petrus super iiii^to^. Sententiarum, cujus primum folium habet in textu, *Haurietis aquas in gaudio.*

81\. Item, Liber tercius et quartus Boneventure, qui incipit, *Dicitur autem.*

82\. Item, Liber Augustini contra Faustinum hereticum, qui incipit, *Faustus quidem.*

83\. Item, Liber Francisci Petrarci, cujus primum folium habet in textu, *Paucos homines.*

84\. Item, Parvus liber, qui incipit, *Est Margarite.*

85\. Item, Liber posterioris Exposicionis, habens in textu, *Inventis Aristotelis.*

86. Item, Liber Caij Crispij et Salustij in magno volumine, qui incipit, *Omnium bonum*.
87. Item, Sermones Dominicales in papiro, cum aliis infinitis libellis, quorum nomina ignoramus.

Isti libri prescripti sunt in scrineis in ecclesia, tempore confectionis presentis Inventarij.

Insuper isti libri sequentes sunt Ecclesie Glasguensis extra in manibus aliorum.

88. Imprimis, Henricus Boecii de donatione Magistri Willielmi Ade, Rectoris de Lusse, in manibus Magistri Jo. Wischard, pro vita.
89. Item, Braco, ex donatione Magistri Lawedre, quondam Episcopi Glasguensis, in manibus Magistri Alexandri Lawedre pro vita.
90. Item, Idem Magister Alexander habet Speculum Judiciale, sub pignore unius Decreti, pro voluntate Capituli restituendum.
91. Item, Summa Bartholomei de Pis, data per Dominum Johannem Stewart, quondam Subdecanum, in manibus Magistri Roberti Moffat ad voluntatem Capituli.
92. Item, Liber Boetii, cum Gloria Trinitatis, in manibus Magistri Johannis Legati, dicta voluntate Capituli.

Libri Sequentes sunt in Librario Ecclesie Glasguensis Cathedralis.

93. Imprimis, in Banca occidentali, in cuno boreali, Liber Theologie de Fide et ejus abusu, auro illuminatus, qui deficit in ligatura, cujus primum folium habet in textu, *Primo post omnem consideracionem*.

94. Item, Liber Theologie Sancti Thome in secunda parte habens in primo textu, *Quia sicut Damascenus*.
95. Item, Istoria Ecclesiastica in pulcro volumine, qui incipit, *Reverendo patri*.
96. Item, Liber Moralium Aristotelis, pulcro volumine bene illuminatus, qui incipit, *Omnis ars*.
97. Item, Primus liber Sancti Thome de Alquino (Aquinas) super sententias, qui incipit, *Ego Sapientia effudi flumina*.
98. Item, Liber Sancti Thome super iiii^to Sententiarum, qui incipit, *Misit verbum suum*.
99. Item, Liber Sancti Thome, intitulatus Super iiii^to Sententiarum, qui incipit, *Nunc ad considerandum*.
100. Item, Liber Sancti Thome, qui dicitur Media pars, super iiii^to Sententiarum, qui incipit, *Misit verbum suum*.
101. Item, Unus liber super tercio et iiii^to Sententiarum Johannis Douns, Subtilis Doctoris, qui incipit, *Circa Incarnationem*.
102. Item, Liber Sancti Thome de Alq'no (Aquinas) super 3^tio Sententiarum, incipiens, *Ad locum*.
103. Item, Secundus Liber Boneventure super Secundo, incipiens, *Solummodo*.
104. Item, Prima pars Sancti Thome, in pulcro volumine auro illuminato, qui incipit, *Quia Theologice*.
105. Item, Summa Confessorum in pulcro volumine, qui incipit, *Quia dubiorum*.
106. Item, Liber Secundus Scoti Subtilis, in pulcro volumine, qui incipit, *Verum homini*.
107. Item, Liber Concordancie Biblie, auro illuminatus, qui incipit, *Cuilibet volenti*.

108. Item, Pulcrum volumen super quinque libris Moysi, qui incipit, *Vocavit Dominus Moysen.*

109. Item, Apostilla Nicholai de Lira, super Mattheum et alia Evangelia, qui incipit, *Quatuor facies uni.*

110. Item, una Biblia integra, in pulcro volumine, auro illuminata, qui incipit, *In principio creavit Deus.*

111. Item, Quidam liber Theologie questionum, continens ii° ex vi. questiones, qui incipit, *Tota Christiane fidei pertinet ad duo.*

112. Item, Liber supra quatuor libros Sententiarum unius Doctoris Angelici, qui incipit, *Ista questione probatur.*

113. Item, Apostilla super Psalterium Nicholai de Lira, qui incipit, *Propheta magnus surrexit in.*

114. Item, Epistole Pauli Glossate, pulcre illuminate auro, qui incipiunt in Glossa, *Paulus Servus J.hu Christi.*

115. Item, Quædam Exposicio Prologorum Biblie in parvo volumine, qui incipit, *Artibus expositis.*

116. Item, Apostilla, sive Expositio Psalterii Sanctissimi Augustini, qui incipit in Prohemio, *Cum omnes prophetas*, &c.

Isti libri prescripti continentur in dicta Banca occidentali.

In Secunda Banca.

117. Imprimis, Liber Codicis Justiniani, in pulcro volumine auro illuminatus, primo habens in textu, *Imperator Justinianus.*

118. Item, Liber ff. Veteris, in secundo folio habens in textu, *Curabit.*

119. Item, Liber Inforciati, habens primo folio in textu, *Dotis causa.*

120. Item, ff. novum in pulcro volumine auro illuminato, habens in primo textu, *Hoc Edictum.*

121. Item, parvum volumen, continens Decem Collationes cum Autenticis, habens in prima linea secundi folii, *Commentariis.*—Et sic habetur totus cursus Juris Civilis, datus pe Magistrum Johannem Stewart, quondam Subdecanum Ecclesie Glasguensis, &c.

122. Item, Speculum Judiciale in pulcro volumine, habens in secundo folio, *Quum pares cet. nosti cura.*

123. Item, Summa copiosa, habens in prima linea secundi folii, *Et de decretis.*

124. Item, Liber Invocationum, non cathenatus, carens assere.

125. Item, Liber Decretorum solennis, habens in prima linea secundi folii, *Pacis Induciæ.*

126. Item, Aliud Decretum valde solenne, habens in prima linea secundi folii, *De regulis Juris generalibus.*

127. Item, Liber Cle...........Aristotelis in pulcro volumine, habens in prima linea secundi folii, *Plurimas conditiones.*

128. Item, Liber Decretalium in pulcro volumine, habens in prima linea secundi folii, *Amplectimur quippe.*

Istum cursum Juris Canonici dedit bone memorie Willielmus Lawedre, quondam Episcopus Glasguensis, cum Sexto.

129. Item, volumen pulcrum cum Epistolis Bernardi Clarivallensis et cujusdam Othonis, in uno volumine, habens in textu prima linea secundi folii, *Veniatque male.*

130. Item, Quedam prefacio super Genesin, habens in prima linea secundi folii, *Unde facta et forma.*

131. Item, Una Lectura libri Sententiarum composita a Fratre

Gregorio, habens in prima linea secundi folii, *Ex prima conditione Aristotelis.*

132. Item, Historia Ecclesiastica, habens in prima linea secundi folii, *Et det. Sol...* (Et debet Sol ...)

133. Item, Quoddam pulcrum volumen Magistri Hugonis Paris, habens in prima linea secundi folii, *Que non erat.*

134. Item, Una Biblia pulcra bene illuminata, cum Novo Testamento et Antiquo, habens in prima linea secundi folii, *Quasi non.*

135. Item, Tractatus Sancti Augustini de Evangelio, habens in prima linea secundi folii, *Testibus intelligere.*

136. Item, Liber Questionum ermanorum, compositus per Ricardum Randulphi, habens in secundo folio, *Isaacus interrogatus.*

137. Item, Pulcrum volumen Mechanice de celo et mundo, de generatione et corruptione, cum multis aliis tractatibus, habens in prima linea secundi folii, *Item pravum existimamus.*

138. Item, Pulcrum volumen, co-opertum coreo rubeo, habens in primo, *Finis et fabula rerum.*

139. Item, Liber collationum Domini Odonis Abbatis, in pulcro volumine, habens in prima linea secundi folii, *Jam eos alloquitur.*

140. Item, Unum volumen rubeo (coreo) co-opertum, habens in prima linea, *Qui secundum apostolum.*—Et sic secunda Banca est impleta.

In Tercia Banca.

141. In primis, Liber Sermonum in papiro, non cathenatus, habens in prima linea, *Dominus noster Rex.*

142. Item, Liber Sententiarum, non cathenatus, habens in prima linea secundi folii, *Non enim facile.*

143. Item, Epitaphium Senece, continens Epistolas Pauli ad Senecam, habens in primo folio, *Lucius Amicus Senece.* (Anicius Seneca.)

144. Item, Liber de Sermonibus Augustini, habens in prima linea secundi folii, *Sicut sponso placet.*

145. Item, Summa Theologie Bradwardin, de causa Dei contra Ephilog. habens in prima linea secundi folii, *Quis ergo.*

146. Item, Unus liber rethorice Aristotelis, habens in prima linea secundi folii, *Idem ipse.*

147. Item, Pistole Sancti Augustini in pulcro volumine, habens in prima linea secundi folii, *Ammones.*

148. Item, Primum volumen de Peccato Ade, habens in prima linea secundi folii, *Quod palpabile fuit.*

149. Item, Epistole Clementis ad diversos principes, habens in prima linea secundi folii, *Tanto tibi solercius.*

150. Item, Secundus liber Scoti Doctoris subtilis, habens in prima linea secundi folii, *Creatura est.*

151. Item, Liber Landulphi super Secundo libro Sententiarum, habens in prima linea secundi folii, *In alio est dictum.*

152. Item, Unus liber non cathenatus, super Augustinum de Civitate Dei, habens in prima linea secundi folii, *Sanctorum Petri et Pauli.*

153. Item, Liber de Quodlibet, habens in prima linea secundi folii, *Ex istis apparet.*

154. Item, Tractatus Jo. Forrest, super primo Sententiarum, habens in prima linea secundi folii, *Per personam.*

155. Item, prima pars Summe Sancte Theologie, habens in prima linea secundi folii, *Ista scientia.*

156. Item, Liber Sancti Augustini de regulis vere fidei, habens in prima linea secundi folii, *Ad eam dilatetur.*

157. Item, Lectura super primo Sententiarum, edita a fratre Gregorio, habens in prima linea secundi folii, *G. ammittendo.*

158. Item, Liber Pastoralis Beati Gregorii, habens in prima linea secundi folii, *Iniquitatis.*

159. Item, Liber collationum, habens in prima linea secundi folii, *Dictus habere adversus duos.*

160. Item, Quidam tractatus Fidei contra diversos errores, habens in prima linea, *Duodecim Apostoli.*

161. Item, Liber Boneventure, super Tercio Sententiarum, habens in prima linea secundi folii, *Sicut creatura.*

162. Item, Unus liber Beati Augustini de Civitate, habens in prima linea secundi folii, *Observata pietas.*

163. Item, Petrus Torentarij super quarto Sententiarum, habens in prima linea secundi folii, *Potencia.*

164. Item, Magister Johannes Waux dedit in uno pulcro volumine, Jocellinum et Wilehelmum de Monte Haudon, super apparatu Clementis, qui habet in prima linea secundi folii, *Ipsas manifest.*

165. Item, Dedit unum Lucidare, habens in prima linea secundi folii, *Fecit ex igne.*

EXPLICIT.